

Responſa fat apta dantur, niſi quod in primo de *Johanne Ap.* dicatur: *qui perſeueravit cum domino usque ad crucem, et poſtea occuluit ſe more furis.* In poſtremo citatur *ſanctus leo.*

## CCCXCVIII.

U. 256 Codex chartaceus lat. Sec. partim XV. partim XIV. per duas columnas non una manu, probe tamen exaratus, et minio distinctus ſequentia continet: I. *Incipit Liber dyalogi Sancti Gregorij pape.* Sunt omnes IV. Libri, prout extant edit. *Maur. Paris. T. II. 1705. col. 149. f.* praemiſſo tamen ſingulis *Libris Elencho Capitum*, quorum diviſio ab Edit. non ſemel variat. Prologi initium: *Quadam die nimis quorundam ſecularium tumultibus depreſſus &c.* Lectio factis ſincera. Ad calcem rubro: *Explicit liber quartus dialogorum felix 1455. Egidij per me Sigismundum de ſtercing exaratus.* Civis hic *Tyrolienſis* et ſequens *Opuſculum nitide exaravit.*

*Summula de ſumma Raymundi prodiit iſta &c.*

atque in hanc *Summulam*, non vero, ut credi poſſet, in magnam ipſius *Raymundi Summam*, per partes commentatur prolixè Noſter, Praefationem ſuam ita auſpicatus: *Omnem ſcientiam et omnem doctrinam ſacra ſcriptura transcendit &c.* Objacet mihi hoc *Commentum* typis editum per *Joh. Knoblauch*, itaque *Argentinae, 1518. 4. Summulae* titulo, parum a *Codice* prae-

II. fol. 68. *Regula beati Jeronimi preſbiteri. Ordo viuendi deo eximij doctoris Jeronimi preſbiteri ad Euftochium ſacratiffimam deo virginem quam bethlehem cum pluribus deo dicatis virginibus monaſterio ſub iſtius ordinis obſeruancia concluſit.* *Compilatio indigna Hieronymo, et ab Vallarſio in T. XI. ad col. 433. rejeſta incipit: Tepeſcens in membris proclium corpus &c. et finit C. 41. ſeneſtutem deuoti veſtri Iheronimi ſanctis veſtris iuuate orationibus.* Adjecit *Miniator: 1455. Explicit Regula beati Jeronimi ad virgines in Bethlehem degentes.*

III. fol. 85. *Commentum, ut e calce praeoccupo, ſumme raymundi.* Videlicet *Pennafortii* illius *O. P. Compilatoris Lib. V. Decretalium Gregorii IX.* qui annum 1256. ſupremum habuit, et praeter *Compilationem* illam reliquit *Summam* dictam de *Poenitentia et Matrimonio* non ſemel typis vulgatam. Hanc porro in uſum *Pauperum metro complexus* eſt *Auſonius* quidam cujus labor incipit:

*ſenti varians, neque magis nomen Commentatoris prodens.* Tam de *Summula*, quam de ejus *Commento* tacetur in *Bibliotheca Ord.* ad *Raymundum T. I. p. 106.* Codex ſubnotatur: *Explicit per manus nycolay de coſting pronunciatum prage Anno domini M<sup>o</sup> CCCC<sup>o</sup> 2<sup>o</sup> in die ſancti auguſtini doctoris circa horam XX<sup>am</sup>.* Accedit *Monitum* ſapiens:

Simo-

*Simonis et Jude non debes currere nudes*

IV. fol. 204. rubro, manu Sec. XIV. Incipit scientia ad cognoscendum pericula ecclesie vniuersalis que per ypochritas pseudo predicatorum penetrantes domos et ociosos curiosos et gerouagos presentes et futuros introduci debent et de signis eorum et qualiter vitari debent et comprimi edita per episcopum (sed hoc verbum reformatum, et fortasse olim expertum) in scientia Theologie. Prologus inchoat: Sapienciam antiquorum omnium exquiret sapiens &c. Opus ipsum in V. Distinctiones abit, quarum I. initium: Prima ergo distinctio huius tractatus ad sciendum &c. Ad calcem accedit Signorum bonorum pseudo apostolorum ey (epi?) logacio supra dispositorum in quinta distinctio. Autor Operis, qui tacetur, est celeberrimus ille *μωναχομασις* Guilelmus de S. Amore D. Parisinus, a. 1272. elatus, de quo non semel Vol. I. dixi. Prodiit illud cum reliquis eius Constantiae, ut praefertur, 1632. 4. opera Joh. Cordesi, qui se *Alitrophilum* dixit, et quidem p. 111. tituloque *Collectionum Catholicae et Canonicae Scripturae* &c. Alium, ut vidisti, assignat integerrimum nostrum Exemplar.

V. fol. 297. tacito Autoris nomine, qui *Augustinus* est, et praemisso textu L. II. *Retrahit*. c. 21.

Ut de opere monachorum librum scriberem &c. sequitur hic ipse Liber, prout extat edit. Maur. F. VI. col. 475. *Iussioni tue sancte frater aureli* &c. sed deficit in Edit. C. XXX. ad verba: *se potissimum corrigendos*, et subscribit: *Explicit Liber de opere monachorum mendicantium.*

VI. fol. 308. *Dieta*, ut e calce adsumo, *felici Militi Raymundo*. Epistola illa de cura et modo rei familiaris Bernardi in senium deducti, qui utique *Claraevallensis* non est, sed *Silvester* quidam, ut saepius jam dictum. *Doceri petis a nobis* &c.

CCCXCIX.

Codex membraneus germ. Sec. R. 3303

XV. Folior. 194. f. non una manu, bene tamen per duas columnas exaratus, minio distinctus et quondam Coenobii, ut praefert, *Monseensis*, seu *Lunaelacensis* O. S. B. in super. *Austria* continet I. *Gregorii M. Dialogos* vernacule redditos hoc Rubro: *Hie hebt sich an das puech der zwaier red. sand greiörgn des beilign pabst.* Ejusmodi Versio jam a. 1473. et 76. *Augustanis* typis f. prodiit. Vide tamen, quam differat a nostra.